SABBATO SANCTO PASCHÆ.

Dicto a Sacerdote in Missa Pax Dómini., et responso Et cum spíritu tuo., Agnus Dei non cantetur, nec Pax detur; sed facto modico intervallo, alta voce incipiatur ad Vesperas Antiphona Allelúia.; et tota cantetur ante Psalmi intonationem.

Ant. vj. toni.



ALLE-LU-IA, alle-lú-ia, alle-lú-ia. Ps. 116. Laudáte



Dóminum omnes gentes : * laudáte e-um omnes pópu-li :

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus : * et véritas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri...

Sicut erat...

Repetita post Psalmum Laudáte. Antiphona Allelúia., non dicantur alii Psalmi, neque Capitulum, neque Hymnus, neque ℣.; sed Sacerdos, Cantore ei deferente, ad Altare incipiat Antiphonam Véspere., quæ tota dicatur ante et post Canticum.

Ad Magnif. Ant. viij. toni.



VESPERE autem sábba-ti, quæ lucéscit



in prima sábba-ti, venit Marí-a Magda-lé- ne,



et áltera Marí-a vidére sepúlcrum, alle-lú-ia.